Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-335125-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-335125-p0002-5

Dbl. zu Pon Zb 5831 FK

221

VIRO

SUMME REUERENDO ATQUE EXCELLENTISSIMO,

JULIO HECHTIO,

VENERANDI CAPITULI, QUOD AD ÆDEM B. MARIÆ VIRGINIS HALBERSTADII FLORET,

DECANO

LONGE GRAVISSIMO LONGEQUE MERITISSIMO,

CUM IS DIE III. ANTE IDUS APRILIS ANIMAM

DEO REDDIDISSET, CORPORIQUE

DIE XVII. ANTE CALENDAS MAII JUSTÆ PERSOLUERENTUR EXSEQUIÆ,

HOC QUALECUMQUE

GRATI ET OBSERUANTIA, NUNC ETIAM DOLORE,

PLENI ANIMI

MONUMENTUM

POSUIT

CHRISTIANUS HENRICUS HALTMEIER,

INSPECT. ET PAST. PRIM. GROENING.

HALBERSTADII

LITTERIS FRIDERICIANIS. MDCCXLIX.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-335125-p0003-1

Qualiter occumbit vergens ad ſide-
ræ quercus,
Quando illam venti aut fulmina
decutiunt.
Horribili Strepitu cadit ac ſtriden-
te tumultu:
Quaſſantur glandes arboreæque comæ.
Aufugit attonitum ſubito genus omne ferarum,
Præcipitans curſum quadrupedante ſono
Aeriique gregis, ſueti his habitare ſub vmbris,
Auolat ac mutat pendula turba locum.
HECHTIVS haud aliter cadit: ingens gloria ſacri
Coetus, quia a Diua Virgine nomen habet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-335125-p0004-7

Illius Præſul, ſteterat ſublimis vt arbor,
Quæ cunctis vmbram confugiumque dedit.
Externasque ſacrasque ſimul tractauerat omni
Res ſtudio, atque humeris plurima ſuſtinuit
Libros antiquos nec non monumenta Verendi
Mente volutauit nocte dieque Chori.
Pauperibus ſolamen erat, fugere ſub vmbram
Illius externis qui caruere bonis.
Muſarum pronus fautor, ſi dura premebat
Sors quemquam, qui ſe rite dicarat eis:
Præcipuam vero laudem pietatis adeptus:
Nam veræ cultor relligionis erat:
Illum nunc merito Mariana eccleſia luget,
Præſule quo viguit: quoque cadente gemit
In primisque chori venerandi ſplendida Membra
Et Patrem & Fratrem nunc cecidiſſe dolent.
Adfligit variam, qua rumor diditur vrbem:
Omnes exclamant: Hechtius occubuit
Ac merito lugent iuuenesque ſenesque Decanum,
Atque Halberſtadii mœnia celſa, ſuum
Ex his cognati quam nunc quatiuntur amili,
Qui norunt ſacri candida corda viri!
Eructant queſtus ſingultibus interruptos,
Queis tulit ex vero pectore largus opem
Euſebia his partem luctus demtura propinquat,
Et tales roſeo reddit ab ore ſonos:
Rumpite ferales, o cari! rumpite queſtus,
Ac lacrimis veſtris ponite, quæſe modum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-335125-p0005-2

Hic veſter Præſul ſat multos vixit in annos;
Sat vixit vobis; ſat ſibi, ſatq; Deo.
Ille triumphales nunc morte adſcendit ad arces:
Cælica pertuæ munera lucis habet.
Hoc ergo caſu, Statio optima contigit illi:
In Paradiſiaco ſtatque viretque ſolo.
Addidit: en Natos florentes laude Paterna!
Hi ſalui vigeant in columeſque diu!
Par fuit, hos primum ſolari: Numen at altum
Sanator tanti vulneris eſſe velit!
Dixit & alternis ſublata eſt leniter alis
Euſebia ad cælum: noſque ſequamur eo.

78 M 404

ULB Halle 3
002 188 724

TA-70L

VD17 22

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-335125-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-335125-p0008-9

SUMME REUERENDO ATQUE EXCELLENTISSIMO,

JULIO HECHTIO,

VENERANDI CAPITULI, QUOD AD ÆDEM B. MARIÆ VIRGINIS
...BERSTADII FLORET,

...ECANO

...SIMO LONGEQUE MERITISSIMO,

...III. ANTE IDUS APRILIS ANIMAM

...DISSET, CORPORIQUE

...S MAII JUSTÆ PERSOLUERENTUR EXSEQUIÆ,

...OC QUALECUMQUE

...NTIA, NUNC ETIAM DOLORE,

PLENI ANIMI

...NUMENTUM

POSUIT

... HENRICUS HALTMEIER,

...T. ET PAST. PRIM. GROENING.

...HALBERSTADII
...FRIDERICIANIS. MDCCXLIX.